Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

209 v

In D. xxx. quod statuta canonum ex causa considerantur et ex tempore.
causa in gangrensi concilio statutum legitur. anathematizauit.

A Si qui filii De multimoda superstitione hereticorum quos gangrense concilium
parentes maxime fideles deseruerint occasione dei cultus hoc iustum
esse iudicantes. et non potius debitum honorem parentibus reddiderint. ut hoc ipsum
in eis uenerentur quod fideles sunt. anathema sint. Item. De eodem.

B. iii. Si qua mulier. Quecumque mulier religioni iudicans conuenire. comam suam amputauerit.
quam deus ad uelamen eius et ad memoriam subiectionis illi dedit. tam-
quam resoluens ius subiectionis. anathema sit. Item ex eodem. De eodem.
Si qua mulier derelicto uiro. discedere uoluerit. soluto uinculo coniu-
gali nuptias condempnando. anathema sit. Item. De eodem.

B. viii. Si quis ex his. Si quis propter deum uirginitatem professus in coniugio positos per arrogantiam
uituperauerit. anathema sit. Idem de eodem. De eodem.

I. d. xxx. Quecumque. Si quis uirginitatem uel continentiam professus tamquam abhominabiles nup-
tias iudicat. et non propter hoc solum quod continentie et uirginitatis bonum sanctum
propositum sit. anathema sit. Item. De eodem.

B. Si qua mulier propositum. Si qua mulier suo proposito utile iudicans ut uirili ueste utatur. et propter
hoc uiri habitum imitetur. anathema sit. Item. De eodem.
Si quis tamquam hoc continentie conuenire iudicans die dominico ieiunauerit.
in eidem diei contemptum. anathema sit. Item. De eodem.

B. xiii. Si quis ex predictis. Si quis eorum qui in proposito sunt continentie propter necessitatem corporalem superbiat. et
ieiunia communia putauerit contempnenda totius ecclesie perfecta in sua consci-
entia iudicans ratione. anathema sit. Item. De eodem.

I. e. d. xli. Parsimo. Si quis per superbiam tamquam perfectum se existimans conuentus qui per loca et ba-
I. e. d. xlii. C. i. silicas sanctorum martyrum fiunt. uel accusauerit. uel etiam oblationes que ibidem cele-
brantur. spernendas esse crediderit. memorias quoque sanctorum contempnendas. anathema sit.

I. xxiii. q. v. Non uos. Si quis docet domum dei contemptibilem esse debere et congregationes De eodem.
que in ea fiunt fuerint. anathema sit. De eodem.
Si quis extra ecclesiam priuatim per se conuentus congregans contempnat ecclesiasticas sanc-
tiones. ipsam ecclesiam apud se sine consilio episcopi cum presbytero agat. anathema sit.
Si quis nuptias in accusatione duxerit. et mulierem De eodem.
fidelem ac religiosam cum uiro suo dormientem. abhominandam crediderit.